



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

Chokier, Jean de

Coloniae Agrippinae, 1674

Reg. II. de Reservationem Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum
valorem 200 flor. excedentium.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

liberè impetrari, dummodo provisi de legitimo impedimento non doceant, de qua reservatione vide Gonzalem *ad d. regul. 8. gloss. 51. num. 109. & seqq.*

Trigesimus secundus casus est de beneficiis litigiosis, nam quamvis beneficium litigiosum propriè non dicatur reservatum, tamen ad effectum ut Ordinarius non possit providere idem importat litigium quod reservatum. *Gonzales d. loco n. 111. Lancellotus de Arren. p. 1. c. 3. n. 99. & seq. quod singulariter limitandum est in beneficiis litigiosis per obitum vacantibus, nam in beneficiis impetratis propter crimen, beneficia non sunt litigiosa, sed per obitum accusata: unde beneficio colligatorio vacante per ejus obitum in manu Ordinarii, poterit Ordinarius liberè conferre. *Sim. de res. q. 10. n. 5.**

Trigesimus tertius casus est de beneficiis devolutis ad Papam, de quibus Flam. *Paril. de res. ben. l. 2. q. 16. n. 21.* quamquam ejusmodi beneficia non sunt reservata, non malè asserit Gonzalez *in gl. 51. n. 109.*

Trigesimus quartus casus est de beneficiis affectis de quibus idem *habet Gonzales d. tr. gl. 52. per tot.*

Trigesimus quintus casus est de Canonicatibus & Præbendis Ecclesie Metropolitane Cæsaraugustanæ, utpote quarum collatio in mensibus Januarii, Aprilis, Julii, & Octobris Papæ reservata est de qua reservat. vide eundem *Gonzalem d. loco. n. 116.* Atq; hæcenus dictum sit de Reservationum modis in quibus an cadat Optio Canonica videndus Jo. Pet. Moneta *Mediolanensis in suo tract. de Opt. canon. c. 3. q. 3. n. 41.*

C *De non contentis*) contrarium verius videtur Mandosio, asserenti contra in Extravaganti ad regimen comprehensa, repetita esse, id quod pluribus auctoritatibus & rationibus probat *q. 2. & q. 12. per tot.* cui adde *Andr. Germ. in tr. de Indult. Card. S. Si verò illa n. 2.* ubi scribit quod d. Extrav. confirmatur per reg. reservationis,

IN REGVLAM II.

ARGUMENTA.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Per reservationem nihil juris habet Ordinarius ad beneficia.</p> <p>2. An in expeditione litterarum sit facienda mentio reservationis, & quid in provisione consistoriali, n. 14.</p> <p>3. Valor 200. flor. de quo in regul. refertur tantum ad Monasteria, &</p> | <p>non ad alias Ecclesias in illis minaras.</p> <p>4. Quid si monasterium valeat, & in camera micus sit taxatum, an tunc erit reservatum?</p> <p>5. Quid juris si dignitates de quibus in hac regula vacent post mortem Papæ.</p> |
|--|---|

6. Monasteria quæ cõposita sunt viris & feminis, an sint etiam per hanc reg. reservata?
7. Hæc Inno. regula non nihil aucta est per Pium v. aliõq; usq; ad modernum Pontificem, & in quo.
8. Per hanc reg. reservantur omnia beneficia & dignitates quæ per obitum Patriarcharum, Primatû, Archiepisc. & Episcop. vel dimissionem per illos factam, vel privationem aut translationem vacarēt usq; ad provisionem successorum: limitatur, dummodo non sint similitaneæ collationis, ut n. 13.
9. Reservatio huic regulæ non ligantur Germani nec Galli; sed quadante nus.
10. Vacare quando desinat sedes Episcopalis vel Abbatialis, & respon. quod demum litteris expeditis & presentatis: necus autē est in Diccelsi & patria Leod. ut n. 11. & 12. ibi habetur de eo constitutio Sixtina.
12. Vacante Sede Episcopali vel Archiepiscopali Rex Galliarum fructus interim excretos percipit, beneficia confert, atq; ita cessat etiam ibi dicta reservatio.
14. Constituto summarie de reservatione Judex debet quamprimum sequestrum apponere.
15. An reservationes dignitatum electivarum sint revocatæ per Consilium Basileense.
16. Reservationes dignitatum electivarum sunt hodie per Concordata sublata, & hic ponitur summa Concordatorum.
17. Sub hac reg. non comprehenduntur Ecclesiæ quæ sunt ad præstationem regum & Principum, &c.
18. De Concordatis Galliarum obiter dictum.
19. Reservationis mentio an satisfacienda in expeditione litterarum?
20. De quibus Monasteriis hic textus loquatur.

REGVLA II. INNOCENTII.

RESERVATIO CATHEDRALIUM ECCLES.
ET MONASTERIORUM VALOREM 200.
FLOR. EXCEDENTIUM.

Item reservavit specialiter omnes Ecclesias etiam Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, nec non omnia Monasteria virorum valorem 200. flor. auri communi estimatione excedentia, quotiescumque illis uti voluerit.*

GLOSSEMA ALPHONSI.

A. Nisi Reg. dicit Papa quod reservat specialiter omnes Ecclesias Cathedralas; etiam Patriarchales, & Monasteria virorum excedentia valorem 200. flor. auri: quoties illa uti voluerit, &c. Hic posset quari, quid est specialis reservatio, & quid sonet: ad hoc sciendum arbitror, quod sive sit specialis reservatio, sive generalis.

D 3

EGLIA
ARVINA
NTARIA
GVLAS
LALLES
OLICE
EPISCOPUS
III
8

ralis, amplius Ordinarius se non potest intrmittere in conferendo, sed solum
 etiam si ignoret, &c. cap. si eo tempore de Electio. in 6. Sed reservatio ge-
 ralis valet ad hoc ut in expeditione litterarum fiat expressa mentio de ea, si non
 venisset, ut ait Regula infra LXII. Sed in speciali facta à Papa ex quo benefici-
C reservatum est, satis est quod Papa sit certus de vacatione & provideat: quia
 non est opus quod ponatur in bullis generalis reservatio, sed specialis; & hoc est qui
 vult dicere de speciali, & de istis solet Papa providere consistorialiter. Sed si in
 consistorio faceret, valeret, argument. c. cuncta per mundum ix. quia in
 maxime quia nulla Constitutione cavetur quod debet fieri provisio consistorialis
 tamen ex quo solet fieri, an habeat locum in gratia si neutri? & allegari & no-
 nu in Curia quod non, licet decisio Rota dicat quod omnia qua debent servari in pro-
 visione debent servari in gratia, si neutri: & dixi decisionem habere locum in iurisdictione
 & sic loquitur decisio.

Item in quantum textus dicit hic de excedentibus CC. flor. &c. vidi non
 dubitari an intelligatur etiam hoc de Cathedralibus puta in Italia qua non valent
 C. florenos, certe dico quod istud adjectivum excedentia tantum debet consistere
 Monasteriis & non cum Cathedralibus: idem secundum hoc istud adjectivum debet
 intelligi de Monasteriis & non de Cathedralibus, facit gloss. fin. in cap. si Papa
 de Privileg. lib. vi. facit quod dicit Bald. in l. i. C. de libe. prate. in quo
 infero quod etiam si cathedralis non valeat nisi xx. duca. tamen censetur re-
D servata. Sed ponamus quod Monasterium valet CC. sed in camera est taxatum
 minus, an censetur reservatum, & dico quod sic: & hoc propter verbum taxatum
 positum ibi, communi estimatione. Ex quo sequitur quod etiam si sit taxatum in
 camera in CC. Ducatis & communi estimatione non valet centum quod non est reser-
 vatum, ut hic arg. L. de pratio ff. de public. tamen in isto secundo casu debet pro-
 pter stylum curia: quia Papa dicit in bullis quod dudum reservaverat dispositioni
 Monasterium, &c. & credendum est sibi per cl. i. de proba. sed si non posuisset ista
 ha credendum quod dixi.

Item ista Reg. dicit, quotiescumque illis uti voluerit, &c. Ex qua sequitur
E quod cum voluntate Papa censetur expirasse per ejus obitum arg. c. si gratia
 se de rescript. lib. vi. & facit l. iii. ff. de Reg. jur. ubi dicitur quod quod
 velle, cuius est nolle, & de converso: & quod si Papa INNOCENTIUS 5. quod
 has Regulas moreretur, & antequam eligeretur alius Pontifex vacaret Episcopus
 vel Monasterium de quo hic, quod si unus eligeretur, & confirmaretur in partem
 valeret electio & confirmatio illius, per ista verba: vel si eligeretur & antequam
 confirmaretur eligeretur alius, & faceret Regulas quod tunc valeret electio, ha
 confirmatio illius postea facta non valeret, per ista verba, ut est calius notandum
 in d. c. si eo tempore de elect. lib. vi. & si dicatur quod illa cathedralis con-
 fecit reservata per Extravagantem Ad regimen. dico quod non est verum: quia
 expira

expiravit mortuo Benedicto xii. qui fecit illam: ut supra dixi in regula proxima: & hoc apparet ibi in fine. Quinimod plus dicerem, quod si vacasset Episcopatus, vel Monasterium tempore Innocentii, & antequam provideretur de eo, moreretur Papa, quod eo mortuo posset fieri electio, & confirmatio de jure: tamen propter hoc venit una Regula infra posita, quae est decima: quae disponit quod eo casu censetur reservatum quocumq; sit valoris, à contrario sensu hic. Sed posset dubitari quid de Monasterio ubi sunt feminae & viri permixti, de quo in c. indemnitate ff. de iur. iudic. per doct. de elect. lib. vi. licet de jure non deberent esse talia Monasteria, ut in c. diffinitus cum tribus seq. xviii. q. ii. sed si sit de facto tale Monasterium, an illud foret reservatum vigore hujus Regulae? & certe dicendum arbitror quod si legere- tur per masculos sit reservatum: sed si per feminas, secus, argum. l. Hermaphrodi- tus ff. de testi. canonizata iii. q. iii. & in l. quaerit. ff. de sta. 50. licet in rei veritate foret satis dubitandum: quia appellatione simplicis non venit compositum & mi- seram, l. ii. ff. de verb. obl. ubi per doct. c. statutum de elect. lib. vi. ubi bonus casus: tamen primum credo verius, maxime quia declararet Papa pro sua re- servatione.

COMMENTARIA IOANNIS ACHOKIER.

In ista Regula) Hæc Regula congruit cum Regulis aliorum postero- rum Pontificum, salvo quod in modernis Regulis causa majoris lucis, 7 & ut Ecclesia Primatialis comprehenderetur, fuit addita vox Primatialis post dictionem patriarchales. & loco clausulae quotiescumq;, &c. repo- sita est ista: & voluit quod excessus ejusmodi in litteris exprimat: quia non idcirco inutilis est, quod extet ista Regula infra de Valore: cum illa quæ non comprehendat Monasteria, ut not. Lopus alleg. 84. D. Papa gratiose n. i. & seq. vel saltem otiosi poterat dubium; quod ut penitus amoveretur addita fuit dicta clausula. Postea verò Pius v. Anno iii. sui Pontifica- tus, aliam adjecit reservationem, quam alii ipsius successores ad nostra us- que tempora laudarunt, suisque Regulis inferuerunt; & est ejusmodi: *At etiam reservavit dignitates & Beneficia omnia, ad collationem præsentationem, electionem & quancumq; aliam dispositionem Pa- triarcharum, Primatum, Archiepiscoporum & Episcoporum, nec- non Abbatum & aliorum quorumcumq; Collatorum, & Collatricum, secularium, & regularium quomodolibet, non tamen ad collationem cum alio vel aliis, aut etiam ad ulterius præsentationem vel electio- nem pertinentia, quæ post obitum illorum aut Ecclesiarum seu Mo- naste-*

ECCLE
SIA

ARIVM

NTARUM

GILAS

LARIUS

OLICE

III

8

naſteriorum, vel aliarum dignitatum ſuarum dimiſſionem, ſi amiſſionem, vel privationem ſeu translationem, vel alias quomodocumq; vacaverint, uſq; ad provisionem ſucceſſorum ad eaſdem Eccleſias ſeu Monasteria vel dignitates Apoſtolica auctoritate ſanctam & adeptam ab eiſdem ſucceſſoribus pacificam illorum poſſeſſionem quomodocumq; vacaverint, & vacabunt in futurum: Ut nimirum ſub hac generali reſervatione comprehenderentur etiam praeter dignitates & beneficia, quae per obitum Patriarcharum, Primatum, vel dimiſſionem per illos factam de dictis dignitatibus ſeu amiſſionem, vel privationem vel translationem vacarent, uſq; ad provisionem ſucceſſorum & adeptam aliorum pacificam poſſeſſionem, quae reſervatio addat textum & glo. in cap. Generali 31. de Electio. Verum, huius reſervationi non ligantur Galli & Germani per Concordata inter illos & Sedem inſita, ſervatis tamen modificationibus in illis comprehenſis, ut in priori parte Regulae, niſi quatenus facta electione in dictis Eccleſiis debet electi confirmationem petere à S. Sede; alioquin ſunt reſervata, ſeu electiones devolvuntur ad S. Sedem. juxta Nicolai III. Conſtitutionem repetitam ſeu mentionatam in Concordatis Nationis Germanicae, ſeu Conſtitutionem Nicolai V. in S. Item placent nobis quod in Metropolitanis, &c.

Porro, ceſſantibus ejuſmodi Concordatis, praeter dictas dignitates & beneficia vacatura, caſu jam in praerſcripta appendice praemiſſo, hoc eſt amiſſionem, amiſſionem, vel privationem, ſeu etiam Sede Episcopali, vel Abbatiali vacante, ſunt reſervata S. Sedi, ea tamen quae ſunt libera collationis, ut patet in verbis: *non tamen ad collationem cum alio, vel alio,* de qua paulo poſt dicemus; & hoc quidem uſq; ad promotionem ſucceſſorum ad eaſdem Eccleſias, aut Monasteria, vel dignitates Apoſtolice auctoritate faciendam, duratq; ejuſmodi vacatio Sedis Episcopalis, vel Abbatialis donec & quouſq; litterae confirmationis, inſtitutionis aut provisionis Apoſtolicae ſint expeditae, & praesentatae Capitulo, ſeu Conventui cujus Praelati Sedes vacabat, ut doctè notavit Hieron. Gonzalez ad Reg. Cancell. gl. 51. n. 52.

Ceterum, ceſſante hac Reſervatione, in Germania ut diximus, libera relinquitur collatio in menſibus, &c. & electio quibus compoſitum notandum quod nedum electi ante confirmationem, non debent aſſeſtrare per ſe vel alium, alioqui jure ſibi ex electione quaſito privationem ſuſtinent, de quo eſt textus in cap. Avaritia, de electio. in 6. verum etiam recepti ſunt talem electum abſq; litteris confirmationis, efficerentur ſuſpenſi à ſua beneficiis per Extravagantem Injuncta de Electio. in Extravag. commu. quae

postea Julius III. renovavit, & ampliavit in sua constituit. de data anni 1585. Maji 17. quæ tamen constitutio & Extravagans cessat in patria & ditione Leodiensi, in qua electus habet sex menses ad obtinendam electionis confirmationem, quibus pendentibus, nihilominus poterit administrare, &c. ut habetur in constitutione Sixti V. de Anno 1588. die 4. Decembris Pontificatus sui anno IV. cujus tenor talis est.

Ad perpetuam rei memoriam. Ea quæ executionem Jurisdictionis Ecclesiasticæ ¹² impedire, ac ad bonorum Ecclesiasticorum dispositionem tendere, perhibentur, necesse est pro nostri Pastoralis officii debito e medio remove. Cum itaq; initio Pontificatus nostri quadam Concordia inter Sedem Apostolicam ac dilectos filium Clerum Ecclesie Leodiens. ut videlicet Capitulis permittatur electio ad preposituras hujusmodi pro tempore vacantes, ad Sedem verò prædictam pertineat dictarum electionum confirmatio inita, & contracta extiterit, prout in litteris Apostolicis sub datum Roma apud S. Petrum Nonis Maji Pontificatus nostri anno primo expeditis latius contineri dicitur, & in Concordia hujusmodi caveatur expresse quod pro tempore electi ante confirmationem Apostolicam nullo modo in administratione Præpositurarum prædictarum, earumq; fructuum & bonorum se ingerere possint, comperitque fuerit ipsa, sicut nuper accepimus, prohibitionem prædictam valde esse damnosam, pro eo quod omnes Præpositura hujusmodi habent annexam Jurisdictionem temporalem, etiam private quoad alios, & contingit nonnunquam labi multos menses antequam confirmationes Apostolica desuper expediantur: unde evenit quod essente Jurisdictione Præpositi nemo sit qui interea Jurisdictionem ministret, aut bonorum proventuum & reddituum dictarum Præpositurarum curam gerat, Cupientes itaq; hujusmodi incommodis obviare per presentes perpetuo statuimus, ordinamus, & permitimus, quod Præpositi ad dictas Præposituras pro tempore electi à die electionis suæ ad sex menses immediate sequentes computandos, Jurisdictionem prædictam exercere, necnon bona, res, fructus, redditus, & proventus Præpositurarum exigere, percipere, levare & administrare libere & licite possint: præsertim tamen præ cautione idonea in manibus nostri & Sedis Apostolicæ Nuntii pro tempore in illa partibus existentis, de fideliter administrando, necnon quatenus eorum electiones intra dictos sex menses non fuerint confirmata, de reddendo fideli computu administrationis hujusmodi ac de restituendo redditus, fructus, & proventus quoscumq; percipientes Præpositos, ut præsertim, exactos & perceptos, in manibus dicti Nuntii, Non obstantibus dicta Concordia quo ad illius partem, ceterisque, in contrarium facientibus, Datum Roma apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die IX. Novembris M.D.LXXXIII. Pontificatus nostri anno quarto.

Cæterum, advertat quoq; Lector hanc reservationem cessare etiam in Gallia, propter concordata, ac jus Regaliæ, quo jure vacante Sede Episc. vel Archiep. Rex Ecclesiæ vacantis proventus administrat, beneficiaq; ipsi facto, vel jure vacantia quamdiu Ecclesiæ suo Pastore viduata est, conferet.

E

Sed

ECLA
ARIVM
NTARIA
GILAS
LARLES
OLICE
III

Sed huic videntur ob stare Canones, ut est textus in cap. generali 13. de Elect. in 6. Jo. Monach. in cap. 2. de Præbend. in 6. verum Galli antiquissima consuetudine, & Pontificum Indulgentiâ, privilegioq; sese fundant, qui merito inquirunt, jus istud, quod est species juris patronatus excellentioris permiserant, ob ingentes donationes, & fundationes Ecclesiarum per ipsorum Reges factas. De hoc jure plerâq; habes apud Chopinum in sua de sacra Politia, Arrestographum Paponem lib. 2. tit. 3. per tot. Argentin. le Maître Curia Paris. Præsidem in suis decis. tract. de jure Regalium, & apud Boëtium Epo tract. de Regalibus & obiter apud Wamel. in c. sua memoria de appell. Eo verò jure cessante in aliis locis, Papa providere de beneficiis vacantibus in mensibus non reservatis Sede Episcopali vacante, ut resolvit Cong. Interpp. Concilii Trident. ad cap. 18. Sess. 24. de Reformat.

Sed ut ad supra scriptam reservationem Pii v. revertar, dubitatum fuit, an comprehenderet beneficia spectantia ad collationem Episcopi, & Capituli simul? & quidem non comprehendere respondit Hiero. Gab. Civ. 197. lib. 1. & satis evincunt verba Pii v. ibi, non tamen ad collationem cum alio, vel aliis, &c. Nam cum tunc deficiente Episcopo, ille, ad illi ad quos collatio pertinebat, possent de jure talia beneficia conferre, ut in Salmantina portiois 30. Aprilis 1599. coram illustriss. Mellino in qua etiam dicta fuit dictam reservationem non comprehendere simultaneam collationem, quæ divisa est per turnos, quia non habebit locum non solum quando beneficium vacat in turno Capituli, sed etiam in turno Episcopi cap. annexum verò ne Sede vacante in 6. Nicol. Garcia de benef. part. 5. cap. 7. n. 235. ubi plura hac de re.

B Sive sit specialis Reservatio) Quid sit specialis Reservatio, quid nempe Generalis diximus supra ad Regul. 1. in 2. Notabili. Quod verò sub jure poster Alphonfus, confitit de Reservatione seu speciali, seu generali, Ordinarii manus esse ligatas, id adeò verum est, ut si provitus Auctoritate Apostolica contra provisum ab Ordinario litem moveat super beneficio reservato, Index debeat statim, confitit sibi summarie de dicta Reservatione, sequestrum in fructibus apponere, quod cautum est in Constitutione Pii IV. de data anni 1560. Octob. 26. quæ in bullario est 142. quæmerudite & explicitè aperit Gonz. ad Reg. 8. Caus. §. 7. per tot.

Porrò, nec illud omittendum est, quod licet sint qui existimant dignitatum electivarum reservationes esse per Consilium Basiliense sublatas, ut constat ex pragmat. Sanctio. tit. de Electio. & reservat. attamen verior est contraria opinio, dignitatum nimirum electivarum reservationes, non esse

revocatas, ut multis probat auctoritatibus Mandosius *ad hanc Reg. quest. 2. num. 6. & seqq.* ubi num. 12. subjicit non obstare Consilium illud Basiliense, utpote quod non fuerit receptum nisi in Gallia, & postea eo non obstante, reliqui Pontifices fecerunt Regulas suas Reservatorias, à quibus non solent recedere, nisi per Concordata aliud statuatur, cujusmodi sunt dicta Germaniae Concordata inita inter Fridericum Imper. aliisque Principes Germaniae, quibus statuitur quod in Metropolitanis & Cathedralibus, & Monasteriis immediatè subjectis Sedi Apostolicae, fiant canonicae electiones, quae ad d. Sedem pro obrimenda confirmatione deferantur intrà tempus constitutum per Constit. Nicolai III. In ceteris verò dignitatibus, & beneficiis quibuscumque; saecularibus, quam Regularibus (exceptis majoribus dignitatibus post Pontificalem in Cathedralibus & Principalibus in collegiatis Ecclesiis) Papa sibi reservat omnia praedicta beneficia vacatione in Mensibus Januarii, Martii, Maji, Julii, Septemb. Novembris. Si tamen Pontifex intrà tres menses à die notae vacationis in loco beneficii computandos (quos tamen tres menses Gregorius XIII. speciali sua constitutione extendit ad alios tres & sic sex menses idque certis ex causis tunc expressis, sed natione Germanica inconluta, quae proinde dictam constitutionem non attendit, ut docet experientia) non providerit alicui de dicto beneficio vacante, tum Ordinarius vel alius ad quem illius dispositio pertinet de illo liberè disponere poterit.

Similiter sub hac reservatione non comprehenduntur illae Ecclesiae, quae sunt ad praesentationem Regum & aliorum Principum, uti quoque; animadvertit noster Alphonsus *ad Reg. 40. infra num. 14.* quos quotidie videmus praesentare viros idoneos & Pontificem Maximum postea conferre; quale Indultum concessum est per Adrianum VI. Carolo V. Regi tunc Hispaniarum, ejusque; successoribus, quo indulto dedit facultatem praesentandi in suis Hispaniis Abbates, aliisque; Praelatos Ecclesiarum conventualium, & Collegiarum saecularium: qua concessione idem Carolus & ipsius successoribus huc usque; usi sunt, ut rectè notavit Navar. *de Reg. Comment. 3. pag. 78. & 54.* Abbatiales tamen quae sunt electivae & durant ad triennium, ut plerumque; in Hispania, non subsunt dicto Indulto, neque; Rex in iis nominandi habet facultatem.

Idem in Gallia sunt Concordata non absimilia cum Sede Apostolica, quibus statuitur quod Rex possit nominare ad Archiepiscopos, Episcopos, Abbatias, Priortatus, & Monasteria, & Papa postea conferat. In aliis verò dignitatibus inferioribus, & beneficiis quibuscumque; conceditur Ordinariis Collatoribus libera collatio in omnibus mensibus, juxta juris communis dispositionem: Ita tamen quod unum Canonicatum, & praebendam conferre debeantur in unaquaque; Cathedrali, & Metropolitana, uni graduato,

E 2

cum

ECLA
ARIVM
VTARIA
GYLAS
LARI
OLICA
III
B

cum onere prædicationis & S. Scripturæ lectionis: & tertiam partem annuum dignitatum, & beneficiorum vacantium in quatuor anni mensibus, videlicet primo, quarto, septimo & decimo mense, post acceptationem Concordatorum, similiter viris graduatis & per universitates nominari conferre debeant. Denique quod non solum nullæ gratiæ expectari, nec reservationes speciales, vel generales ad beneficia d. regni à Papa esse possunt, sed nec lites, & causæ beneficiales in Rom. Curia tractari agitari valeant, & aliàs ut plenissimè legitur in Const. Leonis x. ad quæ latissimè scripsit Petrus Rebuffus.

C *Non est opus*) Tutius tamen est illam exprimere, ut docet Rebuffus *praxi, tit. forma signaturæ simplicis provisionis, in verbo, specialiter, vel generaliter.*

D *Quod Monasterium*) Cave intelligas de quolibet Monasterio. Nam textus iste loquitur de Monasteriis solitis commendari, quæ Monasteria hic reservata, aliàs Consistorialiter dicuntur, eò quia de ijs consistorialiter per viam scedulæ provideri solent, ut tradit præter Gomefium in p. 15. *quædam Jurrog. Collig. Mandosius ad hanc Reg. q. 3. n. 3. & Anast. Germonius in n. Indultis Car. §. Regularia n. 7.*

E *Expirasse per ejus obitum*) Aliud dicendum in beneficiis affectis, ut noster Glossographus probat, & exemplis illustrat ad Proæmium vestri propter istud.

IN REGVLAM III.

ARGUMENTA.

- | | |
|--|---|
| 1. Major dignitas quæ dicatur in Ecclesia Collegiata. | 8. Curialis qui habet partem seu portionem ut loquuntur, à Cardinali ut associet eum, &c. an illius beneficia sint reservata. |
| 2. Monachi & Fratres, qui differant remissivè. | 9. Reservatio est odiosa quoad Ordinarios & Curiales. |
| 3. Beneficia ut sint reservata debent esse perpetua. | 10. Aliud est esse de familia, aliud de familiaritate. |
| 4. Præceptoriarum quatuor, ut hic, non sunt reservata. | 11. Beneficia familiarium aliorum militarium Papæ, aut Cardinalium an sint reservata? & n. 29. |
| 5. Lex seu Constitutio non debet esse obscura. | 12. Familiaritas est quædam societas. |
| 6. Non publicata hac Reg. utpote mortuo Papa si familiaris Cardinalis recedat à familiaritate, an ipsius beneficia sint reservata? | 13. Habens portionem pro se & uno familiari ab uno Cardinali, &c. te-
nere |
| 7. Beneficia semel affecta manent af- | |